



Pa. 590

Theologie

M. N. 73.

Nilius Asceta:



Bilibald^o Dirckheymer sorori sue Cla
re apud diuam Clarā Murēberge Mo
niali. S. D.

¶ Cum reuerend^o: ⁊ nuncq̄ sine honori p̄fatione mihi nominandus.
Dñs Jacob^o Banniss^o. Cesaree maiestati a Cōsilijs. ⁊ secreti. De
canus Tridentin^o dignissim^o. Codicem peruetustū. qui e miserāda
grecia elapsus. captiuitatis iugum euaserat. per cōmunē amicū Jo
annem Strabium. Imperialē Historiographum ⁊ Mathematicū
insignem. ad me misisset. egoq; leui transcurſu illū delibassem. sorte q̄
dam in beatissimi patris Hilii. Episcopi ⁊ martiris Christi. sententio
sa incidi dicta. Que cū nō min^o bona fruge referta. quā tanto autore
digna visa fuissent: ea in latinū vertendi cupido subiit. Cōmodum
etē redemptoris nr̄i salutifera instabāt natalia: mihiq; aliquātiſpa
ciuilib^o iuris interiunxisse videbar. Ideo quadriduanū illud temp^o:
quod diuinis supabundaturū erat obsequijs. huic tam pio operi im
pendēdum esse censui: nec voto euentus defuit: negotiū em̄ aggres
sus. inter p̄scriptum tempus: nō tam elegantie quā veritati studens
absolui. Ne igitur mea suauissima Clara: semper matri Elbbatisse
et cōmuni sorori nostre Charitati optie (p̄bato illo Hesiodi emula
tionis genere) inuideres: hec tibi destinare volui xenia. non qualia
ceca gentilitas Saturnalib^o mittere cōsuevit diebus. Sed que chri
stiane pietati ob verbū incarnatū: admodū cōuenirēt. Accipe igitur
adamata soror. mun^o existimatiōe mea haud contemnendū: nō secus
ex vera ⁊ Theologica philosophia: quam aurū: thus: myrra ex sa
cris Magorū thesauris olim depromptū: cūq; sis virginalis chozi in
stitutrix: tam p̄sentaneum contra vicia remedium. teneri adhuc mē
tibus instilla. id si feceris: senties profecto. tam generosum semē. fru
ctum debitum suo tpe p̄ducturum. Tale iucūda mea Clara. itaq; fis
lias instrue nostras. vt claritatē si min^o noīe. attamē re ipsa quādoq;
adipiscantur. Ex Edibus nostris q̄rto Kalendas Ianuarij. Anno
salutis nostre. M. D. xvi.

Sententiae beatissimi patris Nili Episcopi et martyris.

Timorē pariter & desiderium erga deū habere necesse est,
erga hoīes vero cunctos puro cōscientiæ testionio vti decet

Deum ipsum in singulis quæ agis, semper præsentem esse existima.

Laudem fuge, ac vituperij te pudeat.

Cum virtuose quid agis gaude, Ideo tamen te extollere noli, ne in portu naufragium accidat.

Quanto magis in lege proficies, tanto plus ad perfectionem tibi deesse intelliges.

Vniuscuiusq; rei ante principium finem exquire.

Die ac nocte vltima tibi corā oculis versetur hora, & nullum vitæ desiderium ad terrena te detrahet.

Cum eo homine, a quo bonos abhorrere cernis, nullū tibi sit commertium

Nemini siue dictū, aut factū, vel studijs tuis, nocere velis.

Ob ea quæ in præsentī vita florida esse vident, ne leteris. Nam graminis flos, & si leuiter atrecte tabescit.

In aduersis gratias age, & iugum tuum leue erit.

In tentationibus sis cautus, quamplurimos enim maiorum redarguerunt,

Dei tolerantiam ne incusa, cōmune etem est pharmacum.

Scelera odio psequere, sed ppter ea deū incusare noli.

Recte agere potius, q̄ alios repræhendere conemur, nā et multa in nobis existunt quæ ab alijs taxari queant.

Assidue psalmis incumbas, deus enim nominatus demones expellit.

A ij

Oratio cum sobrietate fiat, ne deum in his quæ respuit placare conemur.

Semp̄ in̄s deo inhæreat, cœlestisq; tua fiat cogitatio.

Oculos refrena, nam cū haud aduertis circūflectunt.

Lingua coherce, sapi⁹ em̄ pfert quæ satius est cælare.

Legis meditatione intellectus agrum colito, id si frequē tabis, cogitationes peruersas extirpabis.

Virtutes cælare, at vitæ testes multos acq̄rere memēto

Carnis voluptates odio prosequere, nam corporis sordes, animam quoq; inficere solent.

Ventri quantum indiget, non quantum cupit impende.

Delicias ne amplectere, amorem enim præsentis vitæ conciliant, verum dei odium generant.

Vitæ gaudia fuge, nam labilia cum sint, in eis exultantes deserunt.

Diuitias si possides distribue, si in min⁹, haud collige.

Ieiunia armaturā, orationem muros, lachrymas, vero balneum existima.

Exitus nouissimi cum gemitu recorderis, hinc em̄ anixæ compunctio oritur assidua.

Pauperes foueto, illi em̄ iudicē nobis placatū reddunt.

Sanctis necessaria communicato, per illos enim nobis cum deo fit conciliatio.

In ecclesia non secus ac cœlo versare, ideo in ea nil loquere vel cogita terrenum.

Vt contenti simus necessarium existima, sic em̄ deo nr̄i curam iniungimus.

Carmen tuā sanctis afflige laboribus, verū tamen penis eam domari posse haud existimes.

Vino vtere moderate, quemadmodum enim ingurgitatum haud mediocriter offendit, ita temperate haustum bibentem corroborat.

Iram compesce, nam cum modum excefferit infaniae flamma existit.

In valitudine aduersa, oratione primo, inde vero medicis ac pharmacis utere.

Sacerdotes oēs honora, cū bonis vero tantū conuersare.

Dei domū venerare, at dei domū cōstruere ex te ipso adnitere.

Ecclesiam frequētato, a motibus eī ac perturbationibus exterioribus, nos liberare solet.

Cum omnia terrena sint fluxa, ne te perturbent euanida.

Quotiescunq; te voluptatis inuadit affectus, turpitudinem humanā, offensamq; oppone diuinam.

Præcipue auditum ac visum munire memento, potissimum eī illac malitiæ tela penetrant.

Cum oras ad deum mentem attolle, q̄ si inde exorbitet, iterum colligere stude.

Sensus haud vnq̄ definit cogitationes generare, at tu prauas expellere, bonas vero fouere assuesce.

Humilitate gaude, nam ex ipsa decidere haud poteris alte.

Labori ita est incumbendum, vt motus carnales comp̄mi valeant, at cū egritudo incubuerit, corpus restaurandū erit, vt sanitatē adipiscat, non eneruet delitijs.

Cogitationes prauas, alijs cogitationibus, verum bonis depelle.

Decorem cœlestium consydera bonorum, & rerum terrenarum desyderio non capieris, nec aliquid earum tibi iuscum dum erit.

Cum deum humiles exaltare, potentes vero deprimere cernis, non tantum deo, quantum hominibus id acceptum refer, quibus haud tutum est mediocritatem supergrediens do attolli.

A iij

Cogitationes prauas, diaboli semen existima, sic enim ille definent, scelerumque sator confusus recedet.

A risu immoderato abstine, nam animam eneruat, legis quoque frenum laxare conatur, ni tempestiue remedium adhibeatur.

In opera, & orationes, animam diuidere oportet. Ita enim haud multos in nobis introitus diabolus inueniet.

Opus esse non mediocre, legis meditationem existima. nam cum lingua menti concurrit, haud vulgaris in libris labor peragitur.

Cum operi manum adhibes, lingua cantet, mens uero oret, deus enim a nobis ut sui memores simus exigit.

Omne opus oratione signato, potissimum uero illud, cui cogitationes esse uides circumfluas.

Si manuum tuarum opera diuina fieri cupis, partem ex iis indigentibus distribue.

Sanctorum gaude colloquio, per ipsos enim deus tibi manifestatur.

Vere sanctos ab operibus dignosce, a fructu enim omnis discernitur arbor.

Semper quid lucri, ex sanctorum speculatione consequi adnitere, formam quoque et aspectum eorum obserua, ambo etenim prodesse solent.

Innocentiam in corde, castitatem uero in corpore exerce, utraque enim dei templum edificat.

Ita tui corporis templum custodi, tanquam ipsum construxeris, de illoque diiudicaturus, imaginisque ipsius, momentis singulis rationem redditurus sis.

Secularium conuersationes, mentem ac cogitationes a deo seperant. ideo seculares ne crebro alloquere, alloquentes uero declina.

Cum conuicio afficeris, considera, num rem aliquam com-

uicio dignam perpetraveris, q̄ si infontem te esse cognou-
ueris, conuicium fumum existima.

Cum tibi iniuria accidit, ad tolerantiam confuge, iniu-
riæ vero nocumentum, in iuriantes prosequetur.

Cum audis diuitias, gloriam, seu temporalem potentiã
laudibus extolli, quam labilia hæc sunt considera, sicq̄ ille
cebras effugies.

Tribulationes patienter sustine, inter eas enim virtu-
tes, quemadmodũ inter spinas rosæ germinant.

Nullã rem virtute preciosiorẽ existima, nam cũ imago
dei sit, quẽadmodũ & ipse immutabilis existit.

Peccatorem fortunate agentem luge, iusticiæ enim gla-
dius extensus, capiti illius iminet.

Matrem vitiorum segnitiem putato, quæ enim possi-
des auferre solet, que vero non possides, ne ea consequaris
prohibet.

Cum quis peruerse agit, nec tamẽ pudet, graui est sau-
tius vulnere, ac de illius salute desperatum est.

Vitæ confydera inconstantiam, nilq̄ a vero tramite te
deflectere poterit.

Terrenis ac fluxis delitijs ne oblecteris, animam enim
(tanq̄ hamus pisces) inescatam decipiunt.

Temptationes declina, ingruentibus vero virilitatem
ostende,

Pauperem lachrymãtem ne despicias, ne & tuæ preces
lachrymabiles, quandoq̄ despiciantur.

Philosophia præcipua est hominibus possessio, at cum
sit vnigenita, sola, a solo possessore intelligi dignatur.

Indumentũ dei est virtus, hanc cõtexe, et fiet stola qua
tu, qui eam confecisti, dei instar amiciri poteris.

Quæ in terra furari possunt declina, cœlestia vero ope-
rare, nam illa prædonum manibus eripi minime possunt.

Delicias expellere oportet, ad opera enim perducunt, ex
quibus suspiria, postquam ad se reuersus homo fuerit oriuntur.

Cogitationes carnales abominari conuenit, corpus enim
corrumpunt, animam vero inquinant:

Nec bona terrena absque laboribus acquiruntur, cur igitur
coelestia propter labores declinamus.

Cum virtutis te labor affligit, cogita quod labor est tempo
raneus, merces vero aeterna.

Qui uoluptatibus obscenis detinentur, quam breui illis
frui concedatur, quam diu uero poenas ac supplicia ob
eas expensuri sint cogitent.

Quantum uita sordidior, tantum anima est bestialior, me
rito itaque rationale, tanquam seipsum puniens deplorandum

Cuncta corruptioni subiacere existima, uirtutem uero
solam corruptionis expertem.

Quae hominem ratione priuare solent cuncta fuge, ea uero quae
coelesti semine te defluxisse ostendere ualent, perage.

Si uentri imperabis, impera et linguae, ne seruituti huius
subiaceas illius uero libertate inutili exultes.

Deum ama, nec illi domesticos praefere, ne & tu ipse
iuxta uocem eius, indignus, cum non uolueris inueniaris.

Fortiter tribulationes perfer, eis enim qui in illis decer
tant, coronae plicantur.

Beatus qui malum patitur, infelix uero qui facit. Nam
patiens Christi haeres, at faciens diaboli coheres esse de
prehenditur.

Bonus ieiunij panis, quandoquidem a uoluptatum fer
mento liberat.

Orationis uis sancta, ad nos enim sanctum sanctorum pertrahit.

Ne tibi iusticia absque uirtute consistere uideatur, nam
sine ipsa omne opus immundum est.

Si pauperibus seueris, quae tua sunt semina. nam aliena

zizanijs sunt amariora.

Cæcus est misericors, ni sit & iustus, agrum enim colit, quem metere nequit.

Mortem semper expecta, nō tamē timeas, vtrumq; etem veræ philosophiæ est character.

Virtutem planta, non vt homines decipias, sed vt videns tibus vtilitatem afferas.

Honeste, etiã non honesta agentē, loqui decet, vt opera bona incipere discat, cū verborū turpiū eum pudeat.

Si cœlum desyderas, nil tibi cum terra, haud enim illa ad illum tendere permittit.

Ne velis ditari vt paupibus inde bñfacias, de^o em iustum ex his q possidet, misericordiæ exercere opa sancit.

Si potus aquæ frigidæ iustificat misericordē, quā retributionē pauperibus denegantē manere existimas?

Matres virtutum castitas & compassio, quo pacto igit sine vna vel alia Christo militare poteris.

Ne cōpassionē negliges, illa enim ex cœlo nobis salutem nostram detraxit.

Noli contemnere castitatem, nam illius organum, creatorem carnem factum hominibus exhibuit.

Ne dicas ex inimicis vltionem sumam, iustum enim iudicem in cœlis habebimus.

Nec diuitias, neq; delicias, siue gloriam appete, hæc em corruptiones sunt vitæ, nos vero corruptibiles haud sumus.

Mortuum ne luge, communis etenim est via, & beatus qui præcessit.

Peccantem luge non pauperem, coronabitur enim iste, ille vero plectetur.

Vitæ cursum inordinate rotantem deride, at sortem ad quam dormientes in illa, deuoluit, caue.

Deo loquere multa, hominibus vero pauca, at legis meditatione utraq; recte dispones.

Balneū animæ bonū, oratio est lachrymosa, at cum oratione memor sis, cuius rei gratia lachrymas effundis.

Seculi principes ne beatos existima, potētes em̄ cū potenter præsent, ipsi quoq; iudicem austeriorem habebunt.

Filiū Adam cū sim⁹, ut laborem⁹ est necesse, nā si hic laborabimus, in futuro seculo retributionē lucrabimur.

Cum Eua prognati sumus, necesse est ut affligemur. verum si iucunde tribulationes sustinemus, in benedictionem nobis maledictio vertetur.

In rebus gerendis cōscientia p̄ lucerna utere, hæc enim quid nam in vita bonum, pariter & quid sit malū ostēdit.

Nos ipsos diiudicemus & iudex placabit, ut bonus enim gaudet, cum peccatorem onus suum discernentem videt.

Si sordidum quid a nobis commissum est, pœnitentia abluatur, imaginis em̄ nostræ puritatē imitari tenemur.

Priusq̄ animæ denudētur vlcera, lachrymis sunt curāda ut pharmaco isto pœna valeat euitari.

Quemadmodum vinculis astricti grauius incedunt, ita negotiis implicati secularibus, virtutis cursum pure perficere haud valent.

Oportet peccatum odio habere, ita enim ipsius laqueus priusq̄ perdat euitatur,

Qui peccatum non odit, inter peccatores, & si peccatum non committit, iudicabitur.

Ob proximi peccatum tanq̄ tuum suspira, quādoquidē omnes peccatis sumus obnoxij.

Cum proximū affligi cernis, iudicis reminiscaris, & tuū vulnus curabis, consilij etem̄ pharmacum cōmune est.

Cum quid dicere seu facere intendis, prius excusationē, quam paulo post, prætereundere conaberis, perpende. timoꝝ

reque delictum corriges, & modestius in cunctis ages.

Timor pariter ac pudor a peccato te absterreant, quamvis difficile sit his utrisque recte uti.

Quotiens tristitia affligeris considera, quanta bona sanctis preparata sint, indeque fructus, gaudium scilicet spirituale, tibi nascetur.

Fidelem erga omnes humiliari decet, coram quibusdam enim solum humilitatem prae se ferre, potius ficta, quam vera humilitas esse redarguit.

Nil te a proximi amore deterreat, praeterquam si dei amor ledatur.

Nemini contra dei legem auxilium, seu praesidium feras, absurdum enim quempiam huic digniorem censere.

Malis patrocinium ne praestes, quod si secus feceris non solum scelerum adiutor eris, sed & peccati communione inquinaberis.

Peccantem admonere, priusquam accusare velis, contumelia enim posterior, compassio vero prior.

Sanctos semper audire vel alloqui stude, ad bonum enim zelum animam excitant.

Mentem propriam unusquisque, ecclesiae loco domi habeat, ibique verae ecclesiae sacrificia peragat.

Si in ecclesia congregatio peragitur, tu quoque interesse velis, quod si non peragitur, tu concinens apostolicum euangelium versare.

Veram virtutis gloriam, eam quam sancti possident arbitreris, etenim immortalis cum sit, post vitae praesentis occasum permanet.

Tum maxime odio maliciam habebis, cum illam fulgurantem demoniorum super nos gladium esse considerabis.

Si errantem redarguis, compassionis, benignaque commisce verba, & aures emollientur, cor vero illuminabitur.

Cum sanctis loqueris, quę spiritus sunt loquere, quibus tamen vita tua manifeste cōueniat, sic enim virtutes celantē exhilarabis.

Quęadmodum neq; virtutes, ita neq; vicia absconsa res manere valent.

Semper opera bona plane p̄ficere studeamus, ne quādoq; emigrātes, ea imperfecta relinquere cogamur.

Ita curras vt vincas, hoc est indefinenter, p̄ virtutis em̄ semitā currere oportet, donec vitę stadiū exuperemus.

In virtutis quęstu negligens ne fias, ne inanis labor labori accumulatur.

Patientiam ad necessitatem exerce, vt in ea necessitatis tempore, omnē armaturā pręparatam inuenias.

Inordinatis resiste cogitationibus, ac illis per ea quę in lege continentur responde.

Diligentiā multa, a rebus terrenis oculos cōtine, ex illis em̄ fumus oritur, qui animā fuligine denigrare solet.

Si cōsuetudine aliqua praua detineris, eam paulatim rescinde, & sine labore ab anima spinas extirpabis.

Pure deum cum purus sit, dilige, mundi q; negotia secundaria arbitrare.

Nil philosophia gloriosius puta, nam cum mater leḡ sit regni quoq; dei consors existit.

Si dei templum esse desyderas, sacrificium orationis assidue offer.

Praue viuentem ne consule, qui enim malis gaudet, bōa consulere non valet.

Ab omni corruptione abstine, mysticeq; cenę quotidie particeps fias, ita em̄ Christi corpus in nostrū mutat.

Cum a deo corripieris, ne murmura, nā vt pater castigat ideo tanq; benefaciens gr̄arū actione dignus existit.

Si contumelia afficeris gaude, nam si iniuste, copiosa

erit retributio tua. sin iuste & resipuetis, flagellorum poenā euitabis.

Quæ tristia & hilaria in vita accidunt hūana, vmbra fumo, & rotæ equipara, tanq̄ em vmbra haud pmanent, & veluti fumus euanesçūt, instarq̄ rotæ vertuntur.

Si omne peccatum superare cupis, rebz alienis operam ne impende.

Homo cum sis superbiam fuge, & si ditissim⁹ existas, ac nunq̄ deum oppositum habebis.

Cum in dei existis domo, ne eleueris, nam & qui regibus coram astant, neq̄ superbiunt, vel se iactant.

Vitam propriam ne despice, nec præter legē quid inconfulte perage, vt non præter legē quoq̄ parniciem incurras.

Alieno infortunio ne ar rideas ne & tu cum haud velis ab alijs irridearis.

Semper in operibus bonis vltius procedere cura, nā si minutum minuto accumulaueris quotidie, breui diuitias ab omnibus expetendas congregabis.

Ad virtutem via bona & compendiaria, vitæ secularis est fuga.

Admonitiones istas obserua, vt coronam tibi nectas nō perituram.

Qui incorruptibilium tenetur desyderio, nullius momēti corruptibilia censere debet.

Si vitam expetis sempiternam, humanam mortem semper expecta.

Odio præsentem vitam prosequere q̄ inordinate enim ipsius versetur rota, cernis.

Ea bona quorum vsus labitur, possessioq̄ corrūpitur ne appete.

Fortunate agentes ride, infortunatis vero condole. illud enim philosophiæ est documētū, hoc vero miscd̄ie iudiciū.

B

Cunctis rebus anima præferat, virtutisq; cursus indefas-
tigate consumatur.

Omnia terrena sunt corruptibilia, aia vero est immorta-
lis, quapropter immortalia corruptilibus anteferre decet.

Fortiter perfer aduersa, & consequeris æterna.

Adeo ne pete accepta, sed tantum vtilia, illa etiam si petes
haud concedentur, vbi vero consequeris officient.

Paupertatem incusare noli, immobilẽ em legis athletam
constituit.

Diuitijs ne exultes, illarum etenim curæ, vt plurimũ ho-
minem a deo separant.

Supplicium si cupis euitare ærumnosum, nulli vnq; conui-
cieris, in talibus enim numen irritatur.

Si a te cunctã aduersitatẽ repellere intedis, pximũ tuum
maledictis haud incesse, ne ille quoq; cõtra te incitetur.

Humilitatem, & si magnus existas dilige, vt in die iudicij
exaltari queas.

Nemini detrahare velis, & in vniuersa vita tua nullũ ini-
micum habebis.

Puram amplectere vitam, vt cum securitate peccantibus
obuiam ire possis.

Ne temere quempiam increpa, ne ab hominibus arrogã-
tiæ inculperis.

Prope est finis o piger, accingere ad iudicium.

Cum vernum tempus sit breue, animæ agrũ a spinis pur-
gare non differamus.

Quamuis nil iudicem lateat, tamen quotidie tanq; latere
possimus peccamus.

Et si bomines opera tua haud cernant, angelorum tamẽ
verecundia ducaris, multi etiam nobiscum versant, & a cun-
ctis prauis se auertunt operibus.

Qualem libram iudicis subiturus sis, assidue mediteris,

& quicquid in vita tua adulterinū erit, emendabitur.

Ocium & intermissionē damnosam arbitrare, igit̃ semper aliquid perage, cuius rationem possis reddere.

Bonorū futurorū multitudo, pulchritudo, & magnitudo est inexperta, at præsentia, umbra, fumus, bulla.

Maligna ne semina, ver etem̃ propinquum cum sit, spinarum agricolam excipiet ignis.

Tanq̃ rosæ in vita. Hypocritæ auari & voluptuarij, verè parumper sustine, & gramen videbis conculcatum.

Omne opus malum, cōtra nos diabolus armat, armat⁹ vero grauius contra armantes insurgit.

Vis inimicum exarmare, peccatum abscinde.

Hæc obserues præcepta, vt te hominibus clarum reddat acceptum vero deo, illis enim numen gaudet talibusq̃ virtutis colitur operibus.

Ve impio, quia cum illuminabuntur omnia, tum ipse solus obscurabitur.

Ve blasphemio, nam lingua eius ligabitur, & quo pacto iudici loqui poterit?

Ve iniusto, ad iudicem enim austerum, & iustum legislatorem perget.

Ve auaro, quia diuitie ipsum fugiēt, & ignis suscipiet.

Ve secordi, queret enim tempus qd' male consumpsit, & querens non inueniet.

Ve superbo, nam cum sepulchrū ingrediet, quis nam sit intelliget.

Ve scortatori, quoniam stola eius nuptialis sordebit, ex regijq̃ nuptijs turpiter eijcietur.

Ve cōuiciatori, & cum ipso ebrio, cum mœchis em̃ constituentur, & cum homicidis punientur.

Ve delicatis, nam tempore exiguo, tanq̃ vitulus iugulāsus saginantur.

B ij

Ve hypocritæ, quia pastor suum negabit, & iudex eum
lupum esse demonstrabit

Beatus qui per angustam incedit semitam, coronat⁹ ete-
nim celorum regnum ingredietur.

Beatus qui voluptates calcat, nam coram illo dæmones
tremunt.

Beatus puro corde, & anima simplici, iudicare enim di-
gnus est mundum, & non ipsum mundus.

Beatus vita sublimis, humilis vero prudentia, christum
enim imitatur, cui & assidebit.

Beatus a cuius lingua lex non recedit, ab huius enim ta-
bernaculo deus non separetur.

Beatus qui multis benefacit, iudicandus enim multos in-
ueniet aduocatos.

Beatus qui virtutem non corrumpit, in iudicis enim ve-
tilabrum haud incidet.

Beatus qui virtutes exornat proprias, anteq̄ accenda-
tur ignis.

Beatus qui ad vitam sempiternam festinat, presentia em̄
corruptiones esse, ad mortemq̄ trahentia intelligit.

Beat⁹ qui mala abigit, purusq̄ cum puro conglutinatur
Beatus qui audit, & custodit admonitiones istas.

Beatum enim est timere dominum, & solícite cogitare
diem illam, cum occulta cuncta manifesta buntur, & quid faci-
ent negligentes? cum nullam amplius vtilitatem pœnitentia
afferet.

Hortor igitur omnes, vt his dictis mentem adhibeant
gnauiterq̄ perpendant, qua nam lance eorum facta paulo
post expendi debeant.

Finunt Sententiæ morales beatiss, patris
Nili Episcopi & martyris gloriosi.

EX SANCTISS, PATRIS IOANNIS
DAMASCENI SERMONIBVS.

Octo sunt passiones quibus admodum (præcipue spiri-
tuales) impugnant homines, gula videlicet, turpi concupiscē-
tia, auaritia, ira, aduersitate, acidia, vana gloria, & supbia.

Hæc itaq; vicia discerni & summa diligentia cognosci de-
bent, vt cum aliquo illorum tentatur homo, semper arma q-
bus se munire possit præparata habeat.

Si gula impugnaris, ventrem coherce, numero & men-
sura cibus & potus sumatur, animæ separatio a corpore, ius-
dicium venturum, & horrenda gehennæ flamma, pariter &
regni cœlestis desiderium, assidue coram oculis obuersen-
tur, sicq; ventris opprimetur voluptas.

Si turpis & carnalis te male vexat concupiscētia, illā vigilijs
labore, oratiōib⁹, & inedia expelle, pderit & mortis meditas-
tio, mortiferiq; gaudiij supplicium, ac sex⁹ alteri⁹ declinatio.

Auaritia vincit liberalitate, & rei pecuniariæ contemptu
pariter & cogitatione illa, quod ob auaritiam dñm & magis-
trum Iudas tradidit. & q̄ omnis auarus a scriptura diuina
idolatra vocatur, quodq; pecunijs ad breue tempus frui dat
morsq; amara vitam acerbam auari sequat, quapropter si
nil ultra q̄ sufficiat queratur, passio hæc euitatur.

Si aduersitate aliqua perturbaris, ora, & spem cunctā ad
deum dirige, vitam & passionem christi, nostræq; imbecillis-
tatem naturæ contemplare, præsentia cuncta vt vana despis-
ce, gratiam cœlestem, & iustorum fruitionem venturam p-
pende, id si feceris nulla iniuria seu cōrumelia contristaberis
sed solum dei offensio te perturbabit.

Si te ira extimulat, māsuetudinē indue & ad psalmos, de
cantationem per fuge, malum in bono vince, maiori cede, eq̄-
lem perfer, minori parce, prudentemq; concordiam cū omi-

nibus exerce hominibus, memor quam mansuete agnus innocens ad mortem deductus est.

Si acidia infestaris, te ipsum laborando, meditando, orando, & legendo, excita, spes firma te instiget, ut considerare possis, quantum inter frigidam pigritiam & calidum interfit fervore, quorum unum a ventura separat gloria, alterum regni celestis te heredem creat.

Quod si vana teteris gloria, te ipsum scrutare, nil quod laudem seu demonstrationem perage humanam. Sed omnis operatio tua in occurru fiat, nemine propter quod deo solo videte, ad quem uniuersa referantur opera, hominum laudes, honores, praelationes & similia contemne, & magis amplectere, si te accusant, & contumelia afficiant, mentientes & odio habentes peccatores.

Si a demonica & pessima superbiae oppugnaris passione, neminem iudica, sed solum te ipsum circumspice, & cognosce, humile te coram deo ostende, & inferiori omnibus te existima hominibus, audaciam & animi tumorem resice, ieiuniis, orationibus, vigiliis, insiste, & cum te quid recte facere contigerit, non potentiae tuae illud ascribe, sed diuinae pietati id totum acceptum refer, simplex & recta sit tua conuersatio, nec aliud in corde, aliud in ore habe, dolosum etenim est, pro in omnis animi elatio lachrymarum fonte extinguatur.

At turbam viciorum uniuersam, resisti poterit, si semper & assidue homo cogitauerit, deum operum suorum inspetorem, angelum custodem, virtutis nobilitatem, voluptatem momentaneam, peccati spurcitiam, vitam labilem, mortem incertam gaudium seu cruciatum sempiternum, purae conscientiae pacem, hominis dignitatem, dei beneficium & super omnia Christi vitam, mortem & crucem, quae enim & qualis vita, si vix homo ex sepulchro progressus, rursus ad sepulchrum pergit, & demum in perpetua gehennae flamma sepelitur. Deum igitur amemus, & precepta sua ita obseruemus, ut exanclata hac fragili & misera vita, ad perpetuae beatitudinis gloriam feliciter peruenire valeamus, fiat, fiat.

Gilibaldus sorori.

Ne soror optia chartæ ^{scriptura} ictaura fieret. Sāctis. patris Io:
Damasceni contra vicia armaturā pariter cōverti, hisq; bea-
tissimi Nili sententijs coniunxi, ad laudē & honorē dei opti,
ac max; necnō gloriosis, matris eius virginis intemeratę, ac
sctōrū omniū. vtilitatēq; legentiū cunctorū, a quib' pio cor-
dis affectu postulo. vt (si saltem his tam salutiferis moueant
præceptis) mihi laboris mercedē, angelica salutatiōe, & fau-
sta precatōe perfoluere dignentur.

Sola virtus corruptionis expers.

Lipsiæ ex officina Melchiaris Lottheri Anno a
dominica natiuitate Millesimo quingentes-
simo decimosexto.

[Jg II Bl 167]

De institutione locorum

De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...

De institutione locorum

De locis quibusdam...
De locis quibusdam...
De locis quibusdam...



75 A 6643



Nilius Asceta:

**Beatissimi pa-
tris Nili Episcopi & marty-
ris Theologi antiquissimi
Sententiae morales e greco
in latinum verse.**

Hic patris redolet quicquid ceciere prophetæ
Et lex, & quicquid sacra Sophia docet

In aedibus Lottherianis hoc
opusculum impressus venundat

